Hic quoque ſapor ſalinus §. XXIX. non eſt omittendus, qui etiam præſentiam ſalis §. XXV. §. XXVI. plurimum arguit.

§ XLIII. Neque hic animus conquievit, ſed experiri voluimus, an forte Vitriolo & ſali alcalino ſimul aliquis ſal medius intermiſtus ſit. Unde fecimus experimentum, & nacti ſumus liquorem quemdam ſubſalſum qui cum acidis non effervеſceret, §. XXIX., neque ſyrupum violarum mutaret; bene vero mercurium in ſpiritu vitriolico ſolutum præcipitavit colore albo; unde ſponte colligitur, his thermis ſimul ineſſe ſalem aliquem medium, qui ſaltem hac nota, quod nempe mercurium ita ſolutum colore albo præcipitet, eſſet ſali marino ſimilis.

§. XLIV. In his aquis calorem, partemque terreſtrem, non eſt, cur comprobem, & easdem a ſpiritu quodam minerali §. VIII. Nro- XII. animari, nemo ibit inficias.

§. XLV.

Hieher gehört auch der ſalzichte Geſchmack §. 29. der auch das Daſeyn des Salzes §. 25. §. 26. klar an Tag leget.

§. 43. Ich gab mich damit noch nicht zufrieden, ſondern ich wollte unterſuchen, ob mit dem Vitriol und alkaliſchen Salze irgend ein Mittelſalz vermiſcht wäre. Deswegen ſchritt ich zum Verſuche, und bekam ein flüßiges ſalzichtiges Weſen, welches mit Sauerſalzen nicht gährete §. 29., weder die Farbe des Veilchenſaftes änderte, wohl aber das im Vitriolgeiſte aufgelöſte Queckſilber weiß niederſchlug; woraus erhellet, daß dieſes Bad ein Mittelſalz führe, welches wenigſtens darum, weil es das auf ſolche Art aufgelöſte Queckſilber weißfärbig zu Boden ſinken macht, dem Meerſalze ähnlich iſt.

§. 44. Es iſt nicht nöthig zu beweiſen, daß in dieſem Waſſer die Wärme, und Erde enthalten iſt, und daß es von einem mineraliſchen Geiſte §. 8. N. 12. belebet werde, wird ſchwerlich jemand verneinen.

§. 45.

§. XLV. Verum hic quæri posset: Unde ergo calor, cum aquæ hæ nullum prorsus prodant odorem sulphureum?

Quæstioni huic dat responsum Angelus Sala in suis operibus medico-chymicis pagina CCCXC. de anatomia vitrioli, ubi ait, quod sulphur sit unicum subjectum sub terra, quod accensum ubi fuerit, calefacit concava minerarum, seu fodinarum, & omnes aquas balneorum calidorum, in quocunque tandem angulo terrarum eæ reperiantur.

§. XLVI. Demonstrata ergo sunt principia thermarum nostrarum ita distincte, ut ulteriora experimenta ad hæc comprobanda prorsus superflua forent. Quare itur ad

§. 45. Hier könnte man fragen, woher denn die Wärme komme, weil dieses Wasser gar keinen schweflichten Geruch giebt?

Diese Frage beantwortet Angelus Sala in seinen medicinisch-chymischen Werken auf der 390. Seite in der anatomischen Abhandlung von dem Vitriol; wo er saget, daß der Schwefel die einzige Materie unter der Erde sey, der, wenn er entzündet wird, den mineralischen Höhlen, oder Schichten, und allen Wässern der warmen Bäder, sie mögen in was immer für einem Winkel der Erde zu finden seyn, die Wärme mittheilet.

§. 46. Nun sind die Bestandtheile dieses warmen Bades so deutlich bewiesen worden, daß es überflüßig wäre, mehrere Versuche zur Bestättigung derselben anzuführen. Deswegen schreite ich zum

CAPUT V.	Fünften Hauptstücke,
In quo usus medicus explanatur.	Worinn der medicinische Gebrauch erkläret wird.
§. XLVII. Usum medicum facile determinabimus, si quodlibet, quod in nostris aquis observatum fuit, accuratissime & seorsim a nobis consideretur.	§. 47. Den medicinischen Gebrauch werden wir leicht bestimmen, wenn wir alles, was in diesem Wasser ist beobachtet worden, ganz genau, und besonders werden betrachtet haben.
§. XLVIII. Observantur vero.	§. 48. Folgende Stücke sind darinne zu bemerken.
I. Aqua reliquis contentis vehiculum dans.	1. Das Wasser, welches die andern Wesen, die es in sich hält, befördert.
II. Vitriolum Veneris.	2. Der Kupfervitriol.
III. Sal alcalinum minerale.	3. Das mineralisch alkalische Salz.
IV. Sal commune, aut saltem huic simile.	4. Das gemeine, oder ein diesem ähnliches Salz.
V. Pars terrestris.	5. Die Erde.
VI. Spiritus mineralis.	6. Der mineralische Geist.
VII. Calor.	7. Die Wärme.
§. XLIX. Omnis aqua præter illas partes, quæ eam proprie constituunt, etiam alias peregrinas	§. 49. Ein jedes Wasser führet beständig nebst seinen eigentlichen Bestandtheilen auch andere fremde

in se constanter recondere solet, ita ut pro puro, simplicique fluido nunquam in strictiori sensu accipi queat: Unde si nostram aquam præscindendo a partibus heterogeneis tanquam corpus fluidum consideremus, tum hæc:

§. L. I. Aqua sitim levat.

II. Partes rigidas emollit.

III. Partes siccas humectat.

IV. Vasa obstructa reserat.

V. Crassiora solvit.

VI. Diluendo acrimonias mitigat.

VII. Est plurimorum corporum menstruum.

VIII. Cæteris medicamentis vehiculum præbet, ut nimirum eadem facilius vasa minima penetrare possint.

Theile bey sich; dergestalt, daß man es als ein lauteres, und einfaches flüßiges Wesen im engern Verstande niemals annehmen kann. Daher wenn wir unser Wasser, ohne auf die fremdartigen Theile zu sehen, als einen flüßigen Körper betrachten, so entdecken wir folgende Eigenschaften darinne:

§. 50. 1. Dieses Wasser löschet den Durst.

2. Es erweichet die starren Theile.

3. Es befeuchtet die trocknen Theile.

4. Es öffnet die verstopften Gefäße.

5. Es verdünnet die verdickenden Feuchtigkeiten.

6. Es lindert durch Anfeuchtung die Schärfe.

7. Es löset die meisten Körper auf.

8. Es befördert die übrigen Arzneyen, damit sie in die kleinsten Gefäße leichter eindringen können.

§. LI. De vitriolo diversæ diversorum sunt sententiæ. Sunt, qui adfirmant, vitriolum esse præcipue compositum ex alumine, & sulphure. Sunt, qui dicunt, esse peculiare quoddam sal. Idem sentit Paracelsus in libro primo de rebus naturalibus cap. VIII. ubi ait: Natura producit salem quemdam, qui vitriolum appellatur.

§. 51. Was den Vitriol betrifft, giebt es unterschiedliche Meinungen. Einige behaupten, der Vitriol sey vornehmlich aus Alaun und Schwefel zusammen gesezet. Andere sagen, er sey ein besonderes Salz. Diesen stimmet Paracels bey, im ersten Buche von natürlichen Dingen, im 8. Hauptstücke, wo er schreibet: die Natur zeuget ein Salz, das man Vitriol nennet.

Veritati tamen magis est consentanea sententia Angeli salæ, qui in tractatu II. de anatomia vitrioli, pag. CCCLXXXVII. ita disserit: vitriolum igitur non est naturaliter compositum ex sulphure, & alumine, nec etiam ex substantiis similibus sali; sed est corpus compositum in imis terræ visceribus ex spiritu sulphureo, aqua, & minera æris, vel ferri, vel &c.

Wahrscheinlicher ist die Meinung des Angelus Sala, der in der 2. anatomischen Abhandlung von dem Vitriol S. 387. also spricht: derohalben ist der Vitriol nicht von Natur aus Schwefel und Alaun, weder auch aus den dem Salz ähnlichen Wesen zusammen gesezet, sondern er ist ein in dem innersten Eingeweide der Erde aus dem Schwefelgeiste, Wasser und aus der Erz- oder Eisenmutter, oder d. g. zusammen gefügter Körper.

§. LII. Æs igitur, de quo nostrum vitriolum componitur, medicis semper infame fuit, quamquam jam pridem Dioscorides, Neu-

§. 52. Das Erz, woraus unser Vitriol entstehet, war bey den Leibärzten jederzeit übel berüchtiget; ungeachtet Dioskorides, Neumann und

Neumanus, & alii illud tamquam medicamentum heroicum præscripserunt.

Ex cupro Adeptos efficacissima remedia parasse l. B. Van-Svieten asserit, artemque solum in eo esse, ut quadam peculiari encheiresi educatur ex cupro medicamentum, quod emeticum non sit, valde tamen corpus moveat.

* In nostris aquis ita cuprum solutum est, naturæ profecto quodam beneficio, ut nunquam per se vomitum cieat: unde præstantia nostrarum aquarum alioquin consequitur.

Præterea juxta opinionem Angeli Salæ vitriolum a spiritu sulphureo acrimoniam suam acquisivit, ab aqua claritatem, & fluiditatem, a minera colorem, & gustum metallicum. Unde

und andere vorlängst dasselbe, als das trefflichste Arzneymittel vorgeschrieben haben.

Der Freyherr Van-Svieten sagte, die Adepten hätten aus dem Kupfer die wirksamsten Heilungsmittel zubereitet; die Kunst aber bestehe nur darinn, daß man mittelst eines besonders geschickten Handgriffes aus dem Kupfer eine Arzney ziehe, die kein Erbrechen erreget, und doch den Leib in eine heftige Bewegung sezet.

In unserm Wasser ist das Kupfer durch einen besonders günstigen Einfluß der Natur also aufgelöset, daß es das Erbrechen von selbsten niemals verursachet: und dieses ist, was die vorzüglichen Eigenschaften dieses Wassers klar an Tag leget.

Ueber dieses hat der Vitriol nach der Meinung des Angelus Sala von dem Schwefelgeiste die Schärfe, vom Wasser die Klarheit, und Flüßigkeit, von der Erzmutter die Farbe und den metallischen Geschmack bekommen. Daher

§. LIII. I. Viscosam, & crassam materiam incidit, & attenuat.

II. Partium solidarum, humorumque putrefactionem prohibet.

III. Sordidas, & putrefactas partes mundat, & consolidat.

IV. Vi sua penetrandi subtilissima vasa minima penetrat, cutisque poros aperit, nec non naturam in expulsione humorum superfluorum adjuvat.

V. Vitrioli ita §. LII. * in aqua dissoluti moderata, & blanda adstringendi vis partium tonum relaxatum corrigit, & viscera interna probe corroborat.

§. LIV. Sal marinum.

I. Putredini resistit.

II. Muccum incidit.

III. Fibram stimulat, appetitumque adauget.

§. LV.

§. 53. 1. Zerschneidet, und verdünnet er die schleimichte, und dicke Materie.

2. Verwahret er die festen Theile und Säfte vor der Fäulung.

3. Reiniget, und befestiget er die eiterichten, und verfaulten Theile.

4. Durch seine sehr feine Durchdringungskraft dringet er in die kleinsten Gefäße, öffnet die Schweißlöcher der Haut, und ist der Natur in Austreibung der überflüßigen Feuchtigkeiten behülflich.

5. Die mäßige, und gelinde Anziehungskraft des sogestalt §. 52. aufgelösten Vitriols verbessert den schlaffen Ton der Theile, und giebt dem innern Eingeweide eine besondere Stärke.

§. 54. Das Meersalz.

1. Widerstehet es der Fäulung.

2. Zerschneidet es den Schleim.

3. Reizet es die Fäsern, und vergrößert die Eßbegierde.

§. 55.

§. LV. Sal alcalinum.

I. Stimulat quoque.

II. Alvum leniter ducit.

III. Acidos humores abſorbet.

§. 55. Das alkaliſche Salz.

1. Iſt es auch reizend.

2. Führet es den Leib gelinde ab.

3. Ziehet es die ſauren Feuchtigkeiten in ſich.

§. LVI. Terra vero, prout reliquis corporibus baſim dat, ita quoque in noſtris aquis minime deſideratur.

§. 56. An der Erde aber, als dem Grunde aller übrigen Körper, mangelt es auch unſerm Waſſer nicht.

§. LVII. Calor eſt nervis amicus. Unde ſpirituum inordinatum influxum emendat, omnesque inde provenientes infirmitates ſanat.

§. 57. Die Wärme iſt den Nerven hold. Daher verbeſſert ſie den unordentlichen Einfluß der Geiſter, und heilet alle hieraus entſtehende Krankheiten.

§. LVIII. Spiritus mineralis ſomnum inducendo dolorem curasque levat, humorumque dyſcraſiam corrigit.

§. 58. Der mineraliſche Geiſt lindert durch Einſchläferung den Schmerz und die Sorgen, und bringt die verworrenen Säfte wieder in die Ordnung.

§. LIX. Noſtra igitur aqua, his ſumme efficacibus principiis donata, facile a ſummis in arte viris in omnibus caſibus ſuis patientibus aut ordinabitur, aut pro re nata diſſuadebitur.

§. 59. Nun dieſes Waſſer, welches ſich durch Beſtandtheile von ſo ausnehmender Wirkſamkeit auszeichnet, kann leichtlich von den in der Arzneykunſt erfahrenſten Männern in allen Fällen ihren Kranken entweder vorgeſchrieben, oder nach Bewandtniß der Sachen abgerathen werden.

Cum vero non tam his, quam illis, qui sunt ex multidudine, scribantur paginæ nostræ, judicavimus, non abs re fore, si aliquot adjungamus casus obvios, in quibus aquæ nostræ exoptatum fructum adferre possent.

Weil ich aber nicht so viel für diese, als für diejenigen, die unter die Menge gerechnet werden, schreibe, so wird es nicht unfüglich seyn, wenn ich einige gemeine Zufälle herseze, worinn dieses Wasser den erwünschten Nuzen schaffen könnte.

Unde cum prævio consilio medici ordinarii adhiberi quibunt aut per modum balnei, aut potus, aut utroque simul modo.

Daher nachdem man sich bey dem gewöhnlichen Leibarzte Raths erholet, kann man dieses Wasser entweder auf die Art eines Bades, oder Getränkes, oder auf beyde Arten zugleich gebrauchen.

§. LX. In Apoplexia tum in curam curatoriam, tum in prophylacticam.

§. 60. Im Schlagfluße dienet dieses Wasser sowohl als ein Heilungs- wie auch als ein Vorbeugungsmittel.

In Lethargo,
In Vertigine,
In Asthmate,
In Dyspnœa,

In Orthophœa,

In Peripneumonia spuria,

In der Schlafsucht,
Im Schwindel,
In der Engbrüstigkeit,
Im schmerzlich, und beschwerlichen Athemholen,
In jenem Zustande, da man mit gestreckten Halse aufrecht sizend, mit Beschwerlichkeit, und Schnarchen Athem holt,
In der unächten Lungenentzündung,

In Paralyſi cujuscunque partis,	In der lähmenden Gicht eines jeden Theiles,
In Ictero,	In der Gelbſucht,
In Pituita Vitrea,	In der glasartigen Feuchtigkeit,
In Scorbuto,	In dem Scharbock,
In obſtructionibus viſcerum abdominalium,	In Verſtopfungen des Eingeweides im Unterbauche,
In Cloroſi,	Im weißen Fieber,
In Fluore albo,	Im weißen Fluße,
In laxitate partium genitalium,	In der ſchlappen Ausdehnung der Geburtsglieder,
In effluxu ſeminis ſpontaneo,	In dem von ſelbſten entſpringenden Saamenfluß,
In Leucophlegmatia,	In böſen Feuchtigkeiten,
In Cachexia,	In verderbten Säften,
In Rachitide,	In der engliſchen Krankheit,
In Podraga, chiragra, &c.	Im Zipperlein an Füßen und Händen, u. d. g.
In Rheumatiſmo,	Im Gliederreiſſen,
In variis defluxionibus,	In unterſchiedlichen Flüſſen,
In omnibus cutis morbis,	In allen Hautkrankheiten,
In Scabie,	In der Kräze,
In Lepra &c.	Im Ausſaze,
In Ulceribus ſordidis,	In ſtinkenden Geſchwüren,
In Cancro externo,	Im äuſſerlichen Krebſen,
In Scirrho,	In der Verhärtung der Drüſen,
In atra bile,	In der ſchwarzen Galle,
In Obſtructionibus hypochondriacis,	In der Verhärtung der Milz, und Leber,

In Melancholia,	Jn der Schwermuth,
In flatibus,	Jn Leibwinden,
In humoribus acidis in primis viis hospitantibus,	Jn sauren Feuchtigkeiten, die sich in den ersten Wegen sezen,
In Convulsionibus omnis generis,	Jn allerley Krämpfungen,
In Epilepsia,	Jn der fallenden Sucht,
In Arthritide,	Jn der Gliedersucht,
In morbo ischiatico,	Jm Hüfftwehe,
In appetitu deleto,	Jn der Unlust zum Essen,
In suppressione urinæ,	Jn der Verhaltung des Harns,
In Calculo,	Jm Stein,
In gonorrhœa,	Jm Tripper,
In Tumoribus,	Jn Geschwulsten,
In passione hysterica,	Jn Mutterbeschwerungen,
In Sterilitate,	Jn der Unfruchtbarkeit,
In mensibus suppressis,	Jn der Unterdrückung der Monatblume,
In Ephialte, seu Incubo vel Incubone,	Jn dem Alpe, oder Alpdrücken, da man, nebst großer Beängstigung, und Empfindung einer auf der Brust liegenden Schwere, sich weder bewegen, noch reden kann.
In Colica pictonum cum remanentibus partibus paralyticis,	Jn jenem Zustande, wobey nach sehr heftigen, und oftmaligen Bauchschmerzen die lähmende Gicht bald in obern, bald in untern Gliedern erfolget,

In Volvulo in forma Clysmatis,

In Pervigilio,

In Hydrophobia,

In Cephalia, & Cephalalgia,

In debilitate Visus aliisque oculorum morbis,

In Tinnitu aurium,

In Rigiditate partium,

In alvo pertinaciter obstructa,

In hæmorrhoidibus suppressis.

§. LXI. Nocent vero in Hydrope, in Phtysi, in Cancro Stomachi, in Lue venerea, in Hydrope omnis generis, & multis aliis morbis, quos facile medicus practicus determinabit ex cognitis principiis thermarum nostrarum. Cum vero plurimum fructus, quem ex fontibus medicatis desideramus, a modo eosdem adhibendi dependeat, ventum est ad

In der Verwicklung der Därme ist dieses Wasser auf die Art eines Clystirs zu gebrauchen,

In der Schlaflosigkeit,

Im Wasserscheu,

In langwierigen, und andern Kopfschmerzen,

In der Blödigkeit, und andern Krankheiten der Augen,

Im Klingen und Sausen der Ohren,

In der Erstarrung der Theile,

In der hartnäckigen Verstopfung des Leibes,

In der Unterdrückung der güldenen Ader.

§. 61. Hingegen schadet dieses Wasser in der Wasser = und Lungensucht, im Magenkrebsen, in der Lustseuche, in allen Arten der Wassersucht und in vielen andern Krankheiten, die ein erfahrner Leibarzt, nachdem er sich die Bestandtheile dieses Bades wird bekannt gemacht haben, leicht bestimmen wird. Weil aber der Nuzen, den man aus den Heilbrunnen zu schöpfen verlanget, meistentheils von der Art dieselben zu gebrauchen abhängt, so folget, das

CAPUT VI.

In quo modus aquas nostras adhibendi succincte dabitur.

§. LXII. Primus balneorum usus omnium omnino speciei hominum ab incunabulis instinctu quodam naturali inventus fuit; isque utut erat simplexissimus, dedit tamen gentibus pluribus ansam, partim angusta (quale fuit Scipionis in sua villa) partim munificentissima exstruendi balnea; ut erant Asclepiadis, Neronis, Diocletiani, & reliqua id genus.

Omnia antiquitas quamquam celebratissima balnea non tam hominum sanitati, quam jam olim a Seneca detestandæ lætitiæ deserviebant.

Primus tamen in usum medicum videtur balnea revocasse Melampus, medicus multo antiquissimus,

Sechste Hauptstück.

Worinn die Art sich dieses Bades zu bedienen kurz abgefasset ist.

§. 62. Der erste Gebrauch der Bäder ist überhaupt für alle Menschen von Anbeginn aus einem natürlichen Triebe erfunden worden. Dieser, obwohl er sehr einfach war, gab dennoch mehrern Völkern Anlaß, theils enge (dergleichen Scipio auf seinem Landgute hatte) theils geräumige, und prächtige Bäder aufzuführen; worunter jene des Asklepiades, Nero, und Diokletian nebst andern von dieser Art zu zählen sind.

Vor Alters widmete man alle obschon sehr berühmte Bäder nicht so sehr der Gesundheit, als einer wollüstigen Ergözung; welche Seneka schon vorlängst verabscheuet hatte.

Es scheinet, der erste, der die Bäder als ein Heilungsmittel gebraucht hat, sey Melampus der uralte

mus, qui Proethi filias insanientes balneis, & heleboro sanavit.

Balnea, quæ erant natura sua calida, etiam Græcis sacra habebantur. Hi enim (quod nos sulphur, a quo thermæ suum habent calorem) Θεῖον, id est, divinum vocant. Unde Sulphure homines aliquo piaculo polluti purgabantur. Comprobat id Ovidius, dum de Æsone lustrando a Medea ita canit:

Terque senem flamma, ter aqua, terque sulphure lustrat.

LXIII. Quamquam vero non solum veteres fontibus medicatis plurimam vim inesse crederent, verum etiam nostris temporibus plurimi iisdem etiam pertinacissimi morbi debellati fuissent; tamen sunt quibus aquæ minerales aut non proderant, aut prorsus nocuerunt. Id

alte Leibarzt gewesen, der die unsinnigen Töchter des Proethus mittels der Bäder und Nießwurzel geheilet hat.

Auch bey den Griechen wurden die von Natur warmen Bäder für heilig gehalten. Denn was bey uns Schwefel (von welchem die Bäder die Wärme haben) heisst, dieses nennen sie Θεῖον, das ist, heilig. Daher wurden Menschen, die sich irgend mit einem Verbrechen beflecket hatten, mit dem Schwefel gereiniget. Dieses bestätiget Ovid der Dichter, der von der Reinigung des Aeson, die von der Medea unternommen wurde, also singet: Dreymal reiniget sie den Alten mit der Flamme, dreymal mit dem Wasser, dreymal mit dem Schwefel.

§. 63. Obwohl aber nicht nur die Alten den Gesundbrunnen eine sehr große Kraft zueigneten, sondern auch zu unsern Zeiten sehr viele auch überaus hartnäckige Krankheiten durch dieselben sind vertrieben worden; giebt es dennoch Leute, denen die Heilbrunnen entweder keinen Nuzen,

Id quod unice inde repetendum venit, quia aut non debite aut ſine prævio conſenſu prudentis medici eædem adhibitæ erant.

zen, oder gar Schaden gebracht haben. Die einzige Ursach dessen ist, weil sie sich derselben entweder nicht auf die gehörige Art, oder ohne vorgehender Einwilligung eines bescheidenen Arztes bedienet haben.

Ideo etiam monet thermas ingredientes Michael Savanarola ſequentibus verbis: Magna in excipiendis balneis eſſe debet obſervantia; quoniam neglecta cum fuerit, homines ſic facile ad pravas perducunt ægritudines, tum quoniam magna obſervatione digna ſunt. Obſecro itaque, & vos obteſtor, qui balneorum beneficio gaudere cupitis, ut in eorum obſervando cultu tanto cum periculo tam prava negligentia vos non comprehendat, ne, quod indebito regimine veſtro vobis contingit, illis attribuatis. Eſt enim balneum ſanctuarium quoddam magno honore dignum.

Deswegen giebt Michael Savanarola denen, die sich in das Bad begeben, folgende Warnung: Man muß das Bad mit großer Achtung gebrauchen, weil man sich, wenn man dieselbe aus der Acht läßt, leichtlich bösartige Krankheiten zuziehet; wie auch weil die Bäder von selbst einer ausnehmenden Achtung würdig sind. Daher bitte ich euch inständig, ja ich beschwöre euch alle, die ihr die heilsame Kraft der Bäder euch zu Nuzen machen wollet, haltet sie in Ehren, lasset ja euch nicht bey so großer Gefahr von einer so verkehrten Fahrläßigkeit betäuben, damit ihr nicht den Bädern zumuthet, was ihr euch durch euer unordentliches Betragen zugezogen habet. Denn das Bad ist ein Heiligthum, dem eine sonderbare Ehrerbietung gebühret.

§. LXIV. Enumerabitur itaque, quid ante balneum, quid in ipso balnei usu agendum sit; tandem formæ adjungentur, quibus aquæ nostræ adhiberi possunt.

§. LXV. Antequam quis balneum adeat, omnium primo venæ Sectionem instituat, tandem primas vias medicamento a medico præscripto purget. Hic tamen notandum obvenit, nec sanguinis missionem; nec primarum viarum purgationem esse cuilibet individuo semper necessariam.

Sanguis iis extrahatur, quibus est temperamentum sanguineum, quibus evacuatio aliqua suppressa est, quibus denique consuetudo, aut pulsus phlebotomiam suadet, &c.

Purgatio vero indicatur in saburra primarum viarum, in corpore oppletissimo, in pituita, & humoribus aquosis &c.

Non

§. 64. Nun folget ein kurzer Unterricht, wie man sich vor und im Gebrauche des Bades betragen soll; hiezu kommen einige Arten, auf die man dieses Bad gebrauchen kann.

§. 65. Zuerst, ehe man ins Bad gehet, muß man zur Aderlassen; darauf, mittels einer von dem Leibarzte vorgeschriebenen Arzney die ersten Wege reinigen. Hierbey ist zu erinnern, daß die Aderlaß, und die Reinigung der ersten Wege nicht einer jeden Person allezeit nothwendig sey.

Die Aderlaß ist bey denjenigen vorzukehren, die von blutreicher Leibesbeschaffenheit sind, bey denen irgend ein Ausführungsweg verstopfet ist, denen endlich die Gewohnheit, oder der Puls die Aderlaß einräth, u. s. f.

Die Ausführung aber erheischen die ersten mit Unreinigkeiten angefüllten Wege, ein überfüllter Leib die zähen und wässerichten Feuchtigkeiten, u. s. f.

Man

Non statim post purgationem, aut venæ sectionem adeundum est balneum; sed duobus, tribusve diebus expectandum, donec denuo corpus priores vires recuperet.

Man soll nicht gleich nach der Reinigung des Leibes, oder der Aderlaß baden; sondern zween oder drey Tage warten, bis der Leib wieder seine vorige Kräfte bekömmt.

§. LXVI. Sumus in ipso balnei usu.

§. 66. Nun kommen wir auf den Gebrauch des Bades.

Optimum tempus balneandi est ver, & autumnus, quamquam etiam alias balneari possit adhibitis quibusdam cautelis.

Die beste Zeit zum Baden ist der Frühling und Herbst, obgleich man auch zu einer andern Zeit baden kann, doch sezt dieses einige Behutsamkeit voraus.

Antequam quis balneum ingrediatur, alvum & vesicam evacuet.

Eher als man ins Bad gehet, muß man den Leib und die Harnblase ausleeren.

Qui sunt fortioris complexionis, immittant sese in balneum jejuni, debiliores vero aut jusculo, aut alio pro consuetudine sua corpus suum reficiant.

Die von einer starken Leibesbeschaffenheit sind, sollen nüchtern baden; die schwachen aber sollen zuvor eine Suppe, oder was anders ihrer Gewohnheit nach zu sich nehmen.

In ipso balneo non facile quis cibum aut potum accipiat, ne turbetur naturæ opus in thermis susceptum.

Während dem Baden soll nicht leicht jemand eine Speise, oder ein Getränk geniessen, damit die Natur in ihrer, in dem Bade angefangenen Wirkung, nicht gestöret werde.

Om- Al-

Omnia animi pathemata absint ut ira, metus, tristitia, mala concupiscentia &c.

Alle heftige Gemüthsbewegungen, als da sind: Der Zorn, die Furcht, Betrübniß, unordentliche Begierlichkeit, u. d. g. sollen entfernt seyn.

Nutriatur potius animus spe, fiducia, amore, hilaritate.

Man soll das Gemüth vielmehr mit der Hofnung, dem Vertrauen, der Liebe und Fröhlichkeit unterhalten.

Ex balneo exeuntes corpus bene abstergant, & mox se in lectum conferant, sudorique, aut saltem majori cutis transpirationi præstolentur.

Beym Ausgehen aus dem Bade soll man den Leib wohl abtrocknen, sich stracks in das Bette legen, und dem Schweiße, oder einer heftigern Ausdünstung der Haut abwarten.

Tandem conveniant amicos, honestis, jucundisque colloquiis tempus fallant, recreentur suavi concentu musices, fruantur denique variis licitis, ac honestis voluptatibus.

Endlich soll man seine Freunde besuchen, mit ehrbaren und angenehmen Gesprächen die Zeit verkürzen, mit lieblich thönender Musick sich belustigen, endlich das Gemüth mit allerley erlaubten und wohlanständigen Ergözungen aufmuntern.

Ab initio in balneo per mediam horam, tandem per integram, & sic successive crescendo, ita quoque tum ad apicem ventum est, re-

Anfänglich bleibet man im Bade eine halbe, endlich eine ganze Stunde lang, und so in der Folge immer länger, bis man die längste Zeit

recrescendo penitus balneo valedicendum est. Balnei tamen usum protrahendi optimum tempus statuitur, si æger eousque balneo inhæreat, donec facile ferat.

Zeit erreichet hat; sodann kürzet man dieselbe nach eben dem Verhältniße ab, bis man dem Bade Urlaub giebt. Die beste Zeit, die man zur Verlängerung des Badens bestimmen kann, bestehet darinn, daß man den Kranken so lang baden lasse, als er es ertragen kann.

Debiles semel tantum de die balneum ingrediantur, donec majores capiant vires.

Die Schwachen sollen nur einmal des Tages baden, bis sie zu mehrern Kräften kommen.

Sunt etiam, qui bis in anno optato cum fructu, id est tempore veris, & autumni, balneum Aurspergianum petunt. Aliqui usum balnei per tres septimanas, aliqui diutius protrahunt.

Es giebt auch manche, die zweymal im Jahre, das ist, im Frühling und Herbst das Bad des Durchlauchtigen Fürsten von Aursperg mit erwünschten Erfolg besuchen. Einige baden 3. Wochen, andere länger.

Sunt, qui efflorescentiam quamdam corporis acquirunt, sunt qui sine eadem ex balneo discedunt.

Einige bekommen an dem Leibe einen Ausschlag; andere hingegen kommen frey davon aus dem Bade.

Victus sit bonus, juscula grata, cibi eupepti, carnes molles, gallinaceæ, pullorum, avicularum montanarum &c.

Die Kost muß niedlich, die Suppen wohlgeschmackt, die Speisen verdaulich, das Fleisch mürbe, und von Hennen, jungen Hühnern, Bergvögeln, u. d. g. seyn.

Si cui inter usum balnei aliquod grave Symptoma obveniat, absti- neat

Wenn jemanden während dem Baden irgend ein heftiger kränkli- cher

neat a balneo, & curam adversus id suscipiat idoneam, qua finita se denuo in balneum immitat. Bene hic observandum est illud Hippocratis sec. II. Aphor. LII. omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem, non est transeundum ad aliud, quod a principio visum est.

Vis unita fortior. Unde sponte consequitur, ad radicitus debellandum morbum etiam usui thermarum aliud pharmacum adjungi posse.

§. LXVII. Formæ, in quibus aquæ nostræ adhibentur:

I. In forma balnei,
II. In forma potus,

III.

cher Anfall zustößt, so muß er den Gebrauch des Bades aussezen, sich der hierzu dienlichen Heilungsmittel gebrauchen, und sodenn sich wieder in das Bad begeben. Hier ist wohl zu beobachten, was Hippokrates im 2. Aschnitte in 52. seiner kurz gefaßten Säze anmerket: Richtet der Leibarzt die Heilung nach einer gründlichen Ursach ein, obgleich der Ausgang mit der selben nicht übereinstimmet, muß er dennoch nicht zu andern Hülfsmitteln schreiten mit Hintansezung derjenigen, die er anfänglich für gut befunden hat.

Die vereinigten Kräfte vermögen mehr, dann die einzelnen. Daher folget von selbsten, daß man um die Krankheit von Grunde aus zu vertreiben nebst dem Bade auch andere Gesundheitsmittel brauchen könne.

§. 67. Die Arten, auf die man sich dieses Bades bedienet, sind folgende:

1. Auf die Art eines Bades,
2. Auf die Art eines Getränkes,

3.

III. In forma embrocationis,

IV. In forma Vaporarii,

V. In forma illutamenti luto corpus illinitur, quod ad effluxum thermarum conspicitur.

§. LXVIII. In quibus casibus balneum adhibendum sit, jam in priori capite pluribus dictum est; unice hic addendum venit, ut, si quis ex balneo citiorem, certioremque fructum consequi anhelet, aquas nostras in potu etiam adhibeat.

Illæ vero possunt bibi vel per se, vel cum aliis, puta, cum vino, cum lacte, vel alio ægritudini appropriato decocto.

Si calidæ bibantur, exsiccant magis corpus, frigefactæ vero magis fibram humectant.

Hic

3. Auf die Art eines Triefbades,

4. Auf die Art eines Dampf- oder Schweißbades,

5. Man beschmieret den Leib mit dem Letten, der beym Ausfluße des Bades zu sehen ist.

§. 68. In was für Fällen man dieses Bad gebrauchen soll, habe ich im vorigen Hauptstücke weitläuftig erkläret; Hier ist nur noch anzumerken, daß man das Wasser auch trinken soll, wenn man anderst sich nach einer schnellern, und gewissern Wirkung dieses Bades sehnet.

Dieses Wasser aber kann allein, oder mit andern Getränken, das ist, mit dem Wein, der Milch, oder einem andern zur Krankheit schicklichen abgesottenen Trank getrunken werden.

Trinkt man es warm, so trocknet es den Leib mehr aus, nimmt man es abgekühlt zu sich, so befeuchtet es die Fäsern mehr.

Hier-

Hic monendum est, ne quis cujus corpus quacunque ratione nimium consumptum est, usum aquarum mineralium aut externe, aut interne suscipere præsumat.

Hierbey warne ich alle, deren Leib aus was immer für einer Ursache zu sehr ausgezehret ist, daß sie sich ja nicht unterfangen sollen, die Gesundbrunnen entweder äusserlich oder innerlich zu gebrauchen.

§. LXIX. Embrocatio (quasi irrigatio, aut stillicidium) sequenti modo instituitur.

§. 69. Das Triefbad (sonst Begiessung, Tröpfeln) wird auf folgende Weise angestellet:

Accipitur aqua ex ipsa scaturigine adhuc calida, & immititur in vas, in cujus fundo habetur cannula perforata, per quam aqua stillatim in partem affectam demittitur ex loco plus, minusve elato.

Man schöpft das Wasser aus der Quelle, da es noch warm ist, giesset es in ein Gefäß, welches am Boden mit einem durchbohrten Röhrchen versehen ist, und läßt es von einem mehr, oder weniger erhabenen Orte auf den kränklichen Theil tropfenweise herabfallen.

Habetur pro varietate morborum, naturaque partis laborantis etiam diversitas adhibendi balnea. Ita quoque embrocatio adhibetur, ubi rheumatismi, dolores, congestiones aliquam singularem partem occupant. In surditate retro aures; in convulsione musculorum, ubi quædam nervorum resolutio adest.

Tali

Nach der Mannichfaltigkeit der Krankheiten, und nach Beschaffenheit des kranken Theiles, ist auch der Gebrauch der Bäder mannichfaltig. Also wird das Triefbad gebraucht, wenn Flüße, Schmerzen und angehäufte Feuchtigkeiten sich an einem besondern Theil sezen. In der Taubheit läßt man das

H Was-

Tali modo irrigatur occiput contra paralysim, latera ob hemicraniam.

Wasser hinter die Ohren tröpfeln; in der Krämpfung der Mäuseln, wo die Nerven ihre Kraft verloren haben. Auf gleiche Art wird das Hintertheil des Hauptes wider die lähmende Gicht, und die Seiten wider Kopfweh auf der einen Seite bewässert.

De hac balneandi specie id generaliter tenendum est, nervos in origine sua parti affectæ prospicientes irrigandos esse, qua ratione etiam pertinacissimos morbos debellari posse speramus.

Von dieser Art des Bades ist überhaupt zu merken, daß man die Nerven, die dem kranken Theil dienen, an ihrem Ursprung bewässern müsse, und ich hoffe, man könne auf diese Art auch die hartnäckigsten Krankheiten vertreiben.

§. LXX. Alia methodus adhibendi balneum est vaporarium, quod & dicitur sudatorium, etiam laconicum a Laconibus sive Lacedæmonibus suum nomen ducens.

§. 70. Eine andere Gattung des Bades ist das Dampf- Schweiß- oder Lakonier-Bad, welches von den Lakoniern, oder Lacedämoniern den Namen führet.

Idem fuit etiam apud Romanos in usu, qui super scaturigines thermarum exstruebant cellas, quæ earum fumo, vaporeque continuo

Diese Art zu baden war auch bey den Römern gebräuchlich; sie hatten über die Quellen der warmen Bäder Stuben aufgeführet, die vom be-

nuo calefiebant. Simile balneo Aurspergiano adstructum est. §. III.

§. LXXI. Hoc perpetuo calidum est, & si quis illud calidius desiderat, jubeat is super candentes lapides aquas minerales injici. In hoc æger aut sedendo, aut ambulando, aut in lecto sub stragulis, aut super pavimenta calida jacendo halitum balnei excipiat, sudoremque promoveat.

Ante quam æger laconicum ingrediatur, corpus habeat bene præparatum, & si opus, præmittat phlebotomiam, & primarum viarum purgationem.

Dum ita æger balneum per modum vaporis adhibet, solet bibi aliquis potus theatus, aut etiam ipsæ aquæ ex balnei fonte extractæ.

beständigen Rauch und Dampf derselben warm gehalten wurden. Eine gleiche Badstube ist über das warme Bad des Durchlaucht. Fürsten von Aursperg errichtet worden. §. 3.

§. 71. Diese ist immer warm, und verlanget man mehr Wärme, so läßt man über erhizte Steine das Badwasser giessen. In dieser Stube soll der Kranke entweder sizend, oder liegend; entweder im Bette unter der Decke, oder auf dem warmen Fußboden liegend, den Dampf des Bades aushalten, und den Schweiß befördern.

Ehe denn der Kranke in die Badstube gehet, soll er den Leib wohl dazu bereiten, und wenn es nöthig ist, eine Aderlaß und Reinigung der ersten Wege vorkehren.

Während dem Gebrauche dieses Dampfbades pflegt man einen Thee, oder auch das Wasser, so aus der Quelle des Bades geschöpfet worden, zu trinken.

Vaporarium calore naturali, virtuteque mineræ imprægnatum exsiccat, calefacit, & pro exacta tenuitate vasa minima summe penetrat, valide discutit, atque quam promptissime sudores elicit.

Das Dampfbad, von der natürlichen Wärme und Kraft der Erzmutter begeistert, ist austrocknend, erwärmend und sehr durchdringend, indem es vermittelst des feinsten Dunstes die kleinsten Gefäße durchfährt, gewaltig zertheilt, und den Schweiß sehr schnell austreibt.

Quare nocet calidis, siccis, & qualicunque morbo extenuatis; prodest vero in congestionibus partium, in tympanite, in hernia aquosa &c. Præcipue si simul lutum adhibeatur, de quo mox:

Deswegen schadet es Leuten, die von einer hizigen, trocknen und durch was immer für eine Krankheit ausgemergelten Leibesbeschaffenheit sind; hingegen ist es heilsam wider die in einem besondern Theil angehäuften Feuchtigkeiten, wider die Wind-Wassersucht, den Wasserbruch, u. s. f. vornehmlich wenn man dazu den Letten braucht, wie folgt:

§. LXXII. Luto, de quo jam prius memini, pars pertinaciter dolorosa, aut indurata fortiter, aut exulcerata mane, & post prandium illinitur, ad solem, vel in laconico exsiccatur; tandem post quadrantem horæ, aut aliquantum tar-

§. 72. Mit dem Letten, von welchem ich bereits oben gemeldet habe, wird der von einem hartnäckigen Zustande geplagte, oder sehr verhärtete, oder schwürige Theil frühe und nachmittag, angeschmieret, und an der Sonne, oder in der Bad-

tardius in balneum se immittit æger, lutumque abluit; idque repetitis vicibus fieri amat.

Badstube getrocknet; endlich nach einer Viertelstunde, oder ein klein wenig später begiebt sich der Kranke in das Bad, und wäscht den Letten ab; und dieses pflegt man öfters zu wiederholen.

De simili illutamento in thermis jam pridem Plinius meminit: Utuntur nimirum, ait, cæno fontium balneorum utiliter (sed ita si illitum sole inarescat) ad emolliendum induratas partes, ad discutiendum, solvendumque contumaces in aliquo membro impactas materies, ad confirmandum, corroborandumque maxime debiles articulos. Tali ratione aput Ætium anasarca percurata legitur.

Von gleicher Art ist der Gebrauch des Bad-Lettens, dessen Plinius schon vorlängst erwähnet hat. Man gebrauchet sich mit Nuzen des Lettens (sagt er) den die Gesundquellen führen, um die erhärteten Theile zu erweichen, die hartnäckigen, und in irgend einem Gliede verschlagenen bösen Feuchtigkeiten zu zertheilen und aufzulösen, die schwachen Glieder zu stärken, doch solchergestalt (sezt er hinzu) wenn man den Letten, nachdem der gehörige Theil damit angeschmieret worden, an der Sonne trocken werden läßt. Auf diese Art ist, wie Aetius meldet, jene Gattung er Wassersucht, da die ganze Fläche des Körpers geschwollen ist, geheilet worden.

De- End-

Denique thermæ in Clysmatibus, & fomentis variis adhiberi possunt.

Endlich kann das warme Bad in Clystiren und Umschlägen auf mancherley Art dienen.

Usus vero fontium mineralium eousque protrahi debet, donec æger aut sanitati restituatur penitus, aut saltem levamen sentiat morbi.

Den Gebrauch des Bades muß man so lang fortsezen, bis der Kranke entweder vollkommen genesen ist, oder wenigstens eine Linderung seines Zustandes fühlet.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

H. HEINRICH
Buchbinderei
Rottenburg/L

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Castellez, Anton,

Thermarum Toeplicensium In Inferiori Carniolia Existentium Examen, Et Usus Mandato Et Sumptibus Celsissimi S.R.I. Principis Ab Aursperg = Prüfung und Gebrauch des warmen Bades zu Töpliz in Unterkrain

Wien 1777

4 M.med. 295,10
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10226966-6
VD18 15296202